

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iuuentus i
cum fonte primo

Magnum expecta gaudium cum
puerilem animum deposueris et te in
uirum philosophie transcripseris. Adhuc
enim non puericia sed, quod est grauius,
puerilitas remanet, et hoc quidem
peius est quod auctoritatem habemus
senum, uicia puerorum, nec puerorum
tantum sed infancium.

Seneca XVI. epistola.

→ Tenes utique memoria quantum senseris
gaudium cum praetexta posita sumpsisti
virilem togam et in forum deductus es:
← maius expecta cum
puerilem animum deposueris et te in
viros philosophia transcripserit. Adhuc
enim non pueritia sed, quod est grauius,
puerilitas remanet; et hoc quidem
peior est, quod auctoritatem habemus
senum, vitia puerorum, nec puerorum
tantum sed infancium:
illi leuia, hi falsa formidant, nos utraque.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 4, 2 (L. Reynolds ed.,
vol.1, pp.5-6, ll.23-27, 1-3).